



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

29 Atq[ue] illud eo moderamine agatur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

contributionem prædictam indicere, ius ac potestatem has
beant.

Atqe illud eo moderamine agatur, vt electores, cæterique 29
Principes & magistratus laici ab ecclesiasticis proceribus, in
eorum principatibus, comitatibus, oppidis, ac territorijs, in
exercenda iurisdictione non perturbentur, aut præpediantur.
Nempe hac re fiet, quod laici inter ecclesiasticos ius, ac tranquili-
tatem publicam tueri, & ecclesiastici sub laicis degentes,
eo facilius ac commodius etiam ius quenque suum defendere,
ac manutenere poterunt, cum Ecclesiastici paria onera vna
cum laicis magistratibus ac gubernatoribus prouinciarum
ferre & cōtribuere iubebuntur, quemadmodum ad idipsum
ex Christiana & germana charitate, ac ob æquitatem, paritas-
temque seruandam alioqui tenentur, obligatique sunt.

Et quandoquidem omnes ecclesiastici, in primis ac præci-30
pue, merito pro viribus contra Turcas, tanque hostes Christia-
næ fidei, ad ferendam opem, parandam defensionem, recu-
perādumque manu, quas olim crudelis ille ferro subiugarat
Christianorum prouincias, teneātur. Eam ob rem, pro lícito,
bono ac pariter Christianæ reipub, vtili & necessario, vi sum
placitumque est, vt si quando exigere id necessitas videbitur,
quod mundus & præciosior supellex ecclesiarum cathedralium
monasteriorum, cæterarumque ecclesiarum ac religiosarū do-
morum, auri, argenti, vniōnum, aliorumque præciosorum la-
pillorum, denique & campanarum pars non necessaria, pro
cōmuni Christianæ reipub, vtilitate in medium conferatur,
ne thesaurus ille ecclesiæ Turcis potius, quod nobis custodiatur,
adserueturue, id quod & per Græcia regnum iam olim vsuue
nisse experientia ipsa docuit. Quæ res Turcis magno cessit
lucro, præsidioque, quādo reperto hoc ecclesiæ mundo, seu the-
sauro, militibus suis comparare potuerunt vberiorem com-
meatum, vt eo instructiores hinc cæteras Christianorum vr-
bes oppugnarent ac prouincias.

C iiiij